



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Duellum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

D V B I V M.

DV B I A ac generalia verba, aut differentem sensum habentia, in meliorem potius interpretanda sunt. Præl. 5. num. 5. Nou. 5. num. 8.

Ad peccandum non sufficit dubitare in communi, an hoc liceat, sed requiritur dubitare hîc, & nunc in particulari. Præl. 9. n. 9.

In dubio obedientia excusat à peccato. cap. 17. num. 201. Qui dubitat non iudicat, nec assentitur: secus de eo qui opinatur. cap. 27. num. 275. potest quis dubitare quantum ad vnum effectum, & non quantum ad aliû. cap. 22. num. 54.

D V E L L V M.

DV E L L V M est illicitum, & habet annexam excommunicationem, nisi in duobus casibus. I. Quando rex iniuste impugnatus, est inferior viribus ad prælium. II. Quando quis falso accusatus prævidet se passurum mortem, nisi cum accusatore duellum acceptet. cap. 11. num. 39. cap. 15. num. 9.

Duellum acceptatum sola causa ostendendi vires, illicitum est; secus, si acceptetur

ad consulendum belli victoriæ, honori & reputationi fortitudinis. cap. 15. num. 24. lit. B. Nou. num. 27. §. Dubium.

Acceptantes duellum etiam sine patri- no, & solennitate; & domini locorum, non impediētes excommunicantur. additum in Nou. cap. 27. num. 150. Quocirca vide in hoc Comp. ipsa verba Pontificis. tit. Ex- communicatio VI. §. VI. lit. I.

E B R I E T A S.

Ebrietatis vitio peccat mortaliter, qui se- scienter inebriat, vel procurat alium inebriari. Secus, si id faciat ex ignorantia qualitatis potūs, vel ex inaduertentia ni- mietatis. cap. 23. num. 122.

Peccat etiam mortaliter, qui sciens aut scire debens se tali, vel tanto potu solere inebriari, & nihilominus eum bibit, credens se non inebriatum iri, & tamen inebriatur. Non quòd iteratio potuum, aut actūs ex veniali faciat mortale, sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat, se eiusmodi potu inebriatum iri: quod satis est, vt inebriando se, peccet mort. ^{ibidem}.

In semiebriis est imperfecta libertas iu- dicij sufficiens ad veniale, non tamen ad mortale.